



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. An & qua ratione licitum sit conjugi instituere divortium ab alterius adulterium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

## TITULUS XIX.

### DE DIVORTIIS.

#### §. I.

An & quaratione licitum sit con-  
jugi instituere divortium ob al-  
terius adulterium.

Divorium, de quo potissimum in  
hoc titulo agitur, non est dissolu-  
tio matrimonij quoad vinculum, qualis  
dissolutio fieri potest ob impedimentum  
ditimis perpetuum inter Conjuges pu-  
tativos intercedens, sed est separatio  
conjugatorum quoad thorum, & coka-  
bitationem &c. ita ut manente vinculo  
conjugalii inter legitimè matrimonio  
conjugos, sibi tamen nec in thoro,  
nec in domo cohabitare teneantur taliter  
conjugati, quale divortium inter con-  
jugatos fieri posse ab ianocente, ob ad-  
ulterium, aut illicitum concubitum cum  
altera persona ab altero conjuge com-  
missam (si moraliter certus sit innocens  
conhus de talibus ab alio conjuge com-  
missus) ex sacris literis etiam pater Matth.  
s. v. 32. & ex c. Significasti 4. b. e. ne-  
que enim frangenti fidem, fidem innoc-  
ens tenetur servare: si tamen, qua  
innocens prius fuerat, & a marito v. g.  
ob adulterium hujus discessit, postea &  
ipsa adulterium committat, tenetur ad  
piorem maritum redire, & eidem ma-  
trimonialiter cohabitare, quia censentur  
in tali casu parla delicta mutua compen-

satione tolli e. penult. de adultrie juncta  
Gloss. in notatis. & e. ex literis s. h. 2.

#### §. II.

An, & in quibus casibus non li-  
cet divortium instituere propter  
conjugis adulterium?

E x triplici potissimum capite non pos-  
test institui divortium ob conjugis  
adulterium. Primo scilicet, quia uter-  
que conjux ejusdem criminis reus est, ob  
mutuam delictorum compensationem,  
ut dictum. Secundo, si culpâ vacet ad-  
ulterium, quia ibi nulla est culpabilis fidei  
violatio, separatio locum non habet.  
Tertio denique, si conjux innocens in-  
juriam sibi per adulterium illatam ex-  
pressè, vel tacite (ut si conjux innocens  
concius adulterii alterius, sponte, & om-  
nino liberè copulam carnalem cum ad-  
ultero conjuge habeat, aut alios actus  
conjugibus concessos admittat) remisit,  
& quasi condonavit.

#### §. III.

An, & quâ ratione conjuges pro-  
pter adulterium separati, si postea recon-  
ciliati uniuel uterque relabatur in  
adulterium, possint denuo di-  
vortium instituere?

P ossit iterum ab innocentie, si post re-  
conciliationem alter eorum, in adul-  
terium